



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

lesu Christi Annus. M.DC.VI. Sancti Patris Benedicti. M.C.XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

forum Virorum, quos præterita de-
 derant sæcula, Heroica facta ab interi-
 tu vendicans, magnum inde sibi no-
 men, illis memoriam conciliavit fem-
 piternam, singulari tamen diligentia
 Regni Galetiae, antiquitatem, magni-
 tudinem, & Nobilitatem scripto man-
 davit, quod inter omnia Europæ Reg-
 na habeat, quidquid Regnum vel Pro-
 vinciam reddere beatum possit. Ut
 tamen Historicum hoc studium Spiritu-
 m non suffocaret, aut Monasticum
 fervorem exingueret, etiam calamum
 ad sacra convertit, elegantique stylo
 Vitas SS. Froilani & Atilani, Mona-
 chorum Monasterij de Moreruela, &
 Legionis ac Zamoræ Episcoporum lu-
 ci dedit. Cumque eruditionis ejus fa-
 ma per Hispanias spargeretur; Philip-
 pus II. Hispaniarum Monarcha, ut e-
 jus laboris fructu fruere, cum Hi-
 storiographum suum creavit. Unde
 & liberius suis vacare studijs potuit.
 Scripsit autem sequentes Tractatus:

*Vitas Sanctorum Froilani Legionensis, &
 Atilani Zamorensis Episcoporum ex-
 cusas Vallisoleti. Lib. 1.*

Antiquitatem Urbis Legionensis. Lib. 1.
*Epistolam Historicam ad Regem Hispani-
 rum Philippum II. in folio.*

*Chronologiam Regum Hispaniarum, eidem
 Philippo inscriptam.*

*Chronicum Magnum Regni Gallie Vallis-
 oleti editum.*

Ubi & decessit anno Christi 1605
 Ex Henrig. Manrig. & Hispan. Scriptoribus

Probat hoc ipso anno 1605, insigni-
 ter fervorem suum in Religione No-
 vitium Aloysius noster Princeps And-
 riae & à cognato Decio Carassa S. R.
 E. Cardinale Archiepiscopo Neapoli-
 tano invitatus secum Romam perge-
 re ad electionem Pauli V. ut ibi ad Ec-
 clesiasticam celebrem Prælaturam
 promoveretur: gratias quidem egit,
 sed non ideo se factum Monachum
 dixit, ut honores exambiret sed fuge-
 ret & poenitentiam in cella ageret; quo
 responso adeo compunctus est Cardi-
 nalis, ut desuper uberrimas profunde-
 ret lachrymas. Aloysius autem sacra
 professione emissa tantis paulo post
 virtutibus emicuit, ut pro exemplari
 sanctitatis cæteris à Superioribus pro-
 poneretur. Ex Vita, &c.

*Aloysius
 Carassa
 Romam
 invitatur.*

*Dignifi-
 mum re-
 sponsum*

*Cardinalis
 cognat la-
 chryma.*

IESU CHRISTI ANNU S. M. DC. VI.
 Sancti Patris Benedicti. M. C. XXVI.

Illustrissimum sanè Ordinis Bene-
 dictini decus, Germaniæ Univer-
 versæ singulare ornamentum Baltha-
 sar à Dermbach Sacri Romani Impe-
 rij Quatuor-Vir Abbas Fuldenfis, Ro-
 manorum Augustæ Archi-Cancella-
 rius, Princeps cælo pridem maturus
 & dignus, in fornace tribulationis uti
 aurum longo tempore probatus & be-
 ne excoctus, & purificatus, die Mar-
 tij decima quinta anni præsentis 1606.
 jam inter Divinam, plenus bonarum
 cogitationum, & recens ab exomolo-
 gesti, reumate venis completis, veter-
 no constrictus est; quo ad secundam
 usque Vigiliam noctis laborans, tota
 lugente Aula, Deo tandem Spiritum
 reddidit, ipsa memoria S. P. BENEDI-
 CTI, cujus Regulam verè se sequi pro-
 fitebatur, quem octiduo præcessit Jo-
 achim Hersfeldensis Abbas & Princeps,
 summo Balthasaris luctu, & qui hunc
 penè suffocasse visus est, quiritantem
 gravi cum gemitu, Ecclesiæ illius cui-
 cuimodi reliquas spes, eodem cum Jo-
 achimi funere afferri. Tantopere af-
 flexit optimum Principem, quod saga-
 ci animo, an Prophetico providit spi-
 ritu, Sancti BENEDICTI meritissimam
 de cælis terrisque hæreditatem sacri-
 legis manibus obveneram, ut his sanè
 Principijs & causis, mors non mi-
 nus gloriosa, quam Martyrum videat-
 ur. Ex Annalibus & monim. Fuldens.

Hoc ipso etiam anno numerum Cœ-
 litum auget, Beatæ memoriæ Mala-
 chias noster Jacensis Episcopus, insigni-
 nius nostra ætate Episcoporum exem-
 plar & speculum. Is ex Hortensi Hi-
 spaniæ non tam Monasterio, quam sa-
 crarum deliciarum horto, sub exactio-
 re sanctissimæ Cisterciensis Reforma-
 tionis nostræ instituto, cucullum am-
 plexus, ab ipsa juventute perfectionis
 studio insignis effulsit, cujus Vitam &
 compendium coactum ex Vincentio
 Blasco libro 4. Hist. Eccl. subijcimus.
*Malachias de Aso, in oppido Mucha,
 quod 4. miliaribus distat à Civitate Cæ-
 saraugustana, parentibus Christiana Re-
 ligione & nobilitate claris natus est. Stu-
 dijs literarum à juventute deditus, post-
 modum disciplinam & Religionem S. Ber-
 nardi in Hortensi Monasterio suscepit. Mul-
 tum doctrina, prædicatione & exemplo vir-
 tutum*

*Moritur
 Balthasar
 Abb. Eold.*

*Ob. Jo-
 achim abba
 Hersfeld-
 densis ult-
 mus.*

*Ven. Ma-
 lachias Ja-
 censis. Epi-
 scopus.*

*Fit Episco-
 pus Uincen-
 sis.*

tutum profecit. quarum intuitu primum
 Abbas Armentera in Gallecia; postea B. M.
 V. de Rueda in Aragonia creatur. Inde
 in Episcopum Uticensē assumitur, & tan-
 dem sit Episcopus Jacensis, anno 1595. ubi
 vixit usque ad annum 1606. quo obiit 28.
 Augusti. Cum tam magno exemplo & ra-
 ra sanctitate ut (sicut quidam Author ait)
 fuerit vivum exemplar Episcoporum pri-
 mitivæ Ecclesie, in distributione elemosina-
 rum, pœnitentijs, humilitate & chari-
 tate. Magno cum spiritu concionabatur.
 Totum tempus quod ab exercitijs, & occu-
 pationibus Episcopo injunctis, residuum er-
 rat, oratione, & lectione Sanctorum Pa-
 trum, in quibus erat versatissimus, occu-
 pabat, Magnam partem Scripturæ memo-
 riter recitare solebat. Omnibus abunda-
 bat, cum tamen redditus Episcopatus essent
 tenues, quos inter pauperes distribuabat.
 Aliebat pauperes aliquot studiosos in Uni-
 versitatibus, ex quibus aliqui hodie super-
 stites sunt, viri docti, & qui bona media
 obtinent, misericordiam hujus Sancti Prae-
 lati ad talem statum evecti. Beneficijs Ec-
 clesiasticis optime praevidit, viros enim do-
 ctos & sanctos diligebat. Duabus vicibus
 Synodum Diocesanam celebravit &
 sanctissimas Constitutiones edidit. Multum
 fuit sollicitus de animarum bono, de recti-
 tudine Justitiae, de pace & concordia Ec-
 clesie suae & Episcopatus. Ad bonum regi-
 men, & ut cognosceret Sacerdotes & ali-
 as personas Diocesis, habebat librum pro-
 pria manu scriptum, in quo per Ordinem
 positum erat, quot in singulis oppidis erant
 Clerici, cujus professionis, quibus qualita-
 tibus praediti, ad quid eorum scientia se
 extendere, quidue ignorarent, quid post
 susceptos Ordines, vel aliquas facultates,
 seu Ecclesiasticas Dignitates susceptas facie-
 bant, ut postmodum quando opus esset ali-
 quam personam promovere, in proprio li-
 bro ejus informatio reperiretur, & etiam
 videret quid ab uno ad alterum examen
 singuli profecissent. Et sic quando aliquis
 veniebat, ut ipsi loqueretur, vel ad aliquod
 Beneficium aspirabat, perlectis ijs quae in
 libro notaverat, qualitatem viri, & ad
 quid esset aptus cognoscebat: quo simul cum
 suis magnis Virtutibus notabiliter omnibus
 profecit & sanctè vixit. Obiit aetate 64.
 annorum, & reliquit memoriam operum
 suorum, sculptam cordibus suorum subdi-
 torum. Sepultus est ante summum altare
 Ecclesie Cathedralis, ubi nullus alius
 Episcopus tumultus fuerat. Ita Vincentius

supra citatus quae vel pro ipsa styli simpli-
 citate inferenda censuimus.

Angliam rursum illustrant & glo-
 riosissimam sanguinis purpuram exornant
 plures ex Ordine Benedictino Marty-
 res, è quibus R. P. F. Bernardus de Tre-
 iur, & Eugenius Ogallahure Abbas S.
 MARIÆ de Samaria, quibus ab Hæ-
 reticis in Hybernia capita praecisa sunt,
 similique gloria effulsit B. Wilhelmus
 Walchæus, quam vis in carcere post tre-
 decim annorum captivitatem mortuus,
 haud minoribus, ipso supremo sup-
 plicio, calamitatibus exhaustus, ita ut
 mortem inter desideratissima exspe-
 ctaret. Ex diversis rer. Angl. Scriptoribus.

Pergit eodem anno ad præmia æ-
 ternitatis sanctæ recordationis Tho-
 mas Lombardus Superatensis Mona-
 chus, de cujus, superstitie etiamnum Re-
 gina Angliæ Elisabetha, animi fortitu-
 dine supra diximus. Hic illam morte
 ablata, prædicatione sua tantum effe-
 cit, ut palam denuo populus Catholi-
 cus, Religionem suam profiteretur,
 adeo, ut nec unus quidem esset, qui
 de more, creatis noviter Consulibus,
 Regi tanquam Ecclesie Capiti, jura-
 mentum solitum præstare consentiret.
 Claruit magnis Virtutibus Vir DEO
 dignus, sæpe visus inter celebrandum
 è facie splendidissimos radios emitte-
 re. Qui tandem multis ad finem Ma-
 tris Ecclesie reductis, dum pestilens
 lues grassaretur, pestiferis impulsu cha-
 ritatis Sacramenta ministrans, & ipse
 lethali morbo infectus, præmium la-
 borum suorum percepturus, prout an-
 te obitum, divinitus ei fuerat revela-
 tum, migravit ad Christum anno 1606.
 Nonis Augusti. Ex Menol. Bened. no-
 stro, & Ann.

Ipso hoc etiam anno mortalitatem
 exiit Venerabilis Pater F. Bernardus
 de Escobar Abbas Montis Sion in Hi-
 spania. Hic Toletanus patria, Juris
 Canonici & Theologiae Doctor, He-
 braei & Graeci idioma callentissimus,
 Arithmeticus insignis adijque naturæ,
 & ingenij dotibus instructissimus fuit.
 Monachum in Regio de Bona Valle
 Cænobio professus, omni Virtutum
 genere, sed mansuetudine in primis,
 atque affabilitate adeo enituit, ut cha-
 rum ejus nomen universis esset, sed ut
 tantum exemplo ipse efficeret, quan-
 tum potentissimus verbo nunquam ef-
 fecit.

Angli
Martyres.

Thomas
Lombardus.

Splendor
faciei ejus.

Ven. Ber-
nardus de
Escobar.

Tandem
Jacensis.

Pauperum
viri Me-
tensis.

Viri Pa-
trici & Epi-
scopi.

Dignissima
Episcopis
cognitio.

Gloriosa
ejus me-
moriam.

*Vifitator
Generalis.*

feciffet. Abbas Montis Sion & fan-
ciffimæ illius Congregationis Vifita-
tor Generalis creatus, munere fuo ita
eft functus, ut exemplar perfectionis
omnibus haberetur. Exacta ætate fe-
nex tanto labore exfolvi petens, &
Chori onere liberari, ad Bonæ Vallis
Monasterium remiffus eft, in quo velut
folitudine vivens, adeo folis animi ne-
gotijs totum fe dedit, ut carnis planè
oblitus videretur. Vita exceffit hoc
anno 13. Febr. Vifionibus & fanctitatis
signis celebris, cum pridie ad templum
deduci, & peccatorum peracta confel-
fione ibidem SS. Euchariftico Sacra-
mento muniri petiffet. Apparuit non
multo post obitum Ven. P. Iusto Ma-
tienco, cumque ad cœlestem gloriam
invitavit. *Ex Menol. Henriq. &c.*

*Mors fan-
cta & fe-
lix.*

*V. Maria
de Chrifto.*

Comitata tantos viros eft hoc eo-
dem anno fanctæ memoriæ Maria, cog-
nomento de Chrifto, Monialis Abulen-
fis; Virgo lectiffima, Vitæ verè Ange-
licæ, humilitatis, paupertatis, & mor-
tifications, admirandis exemplis cele-
berrima, quæ egregiorum meritorum
reportans manipulos ad cœlestes con-
fendit nuptias 23. Martij. *Michael Va-
querus, Manriq. Henriq. &c.*

*V. Iustus
Matiencus
Mon.*

Obijt fimiliter hoc anno evocatus,
ut diximus, à B. M. Bernardo de Efcobar,
Ven. P. F. Iustus Matiencus, è no-
bili familia de Zorilla apud Legionen-
fes natus, Monachus Montis Sion, tan-
tis Virtutibus præditus, ut nullus de e-
jus dubitaret fanctitate. Fuit profun-
dioris fapientiæ dono illuftris, neque
eorum folum, quæ Spiritum fpecta-
bant, fed & quæ Oeconomiam atine-
bant, intelligens. Laboravit annis plu-
rimis vehementiffimo podagræ dolo-
re, quo etiam denique exhaustus 24.
Martij deceffit. Invitatus à Collega
Bernardo apparente: *Ut quid veniffi?*
fcificatus eft. Cui ille: *Ut venias me-
cum.* Subjungente autem Iusto: *Non-
ne recipiam Sacramenta devotus? Recipi-
es,* inquit, *fed feftinanter,* cumque dicto
evanuit. Proin Vefpere Cœnæ Do-
mini facro refectus Viatico, crastina
Parafceves die, quæ erat Vigilia An-
nunciationis fuma cordis exultatio-
ne Spiritum DEO reddidit. *Ex Fafic.
Chryfoft. Henr.*

*Ad coro-
nam volu-
it.*

Sed & Fulienfes noftri hoc etiam
anno, in fignem Paradyfo Domini Flo-
fculum intulere, Venerabilem Patrem

Petrum à S. Bernardo, facræ Congre-
gationis Generalem. Hic Gallus na-
tione ex Alvernia oriundus, totius per-
fectionis exemplar extitit, ita ut me-
rito Caput tam fanctæ Religionis ad-
optaretur: Vir alti & fublimis Spiri-
tus, verus humanarum, & fecretiffi-
mus cogitationum infpector; cujus fin-
gulæ aétiones, afpectus, verba, & to-
tus homo exterior, interni decoris in-
dicium, nihil non fanctum & fuper-
naturale fpirabant. Quinque annis
fanctam Congregationem mirè rexit,
obijtque cum magno fanctitatis odo-
re in hebdomada fanctâ. 1606.

*Petrus à S.
Bernardo.*

*Cogitatio-
num per-
fector.*

Ipfò anno memorabili feffe man-
cipatu DEI paræ emancipat Venerabi-
lis Pater nofter Bernardus Catalanus,
de quo fuo loco inferius.

Jerum memorabili afflictione di-
lectiffimam fibi fponfam Mariam, à
Bellovillare Abbatiffam Montis Mar-
tyrum afficit bonum Numen, dum e-
jusdem pro Reformatione ferventiffi-
simis conatibus, & defideratis etiam
fuccelfibus Noviorum Magiftram e-
largitur. fanctæ memoriæ Mariam à
Jefu dictam, monialem Vitæ puritate
& prudentiæ laude, perinfignem,
quæ tantum fervoris incendium in
omnium mentibus, tantum Regula-
ris obfervantiæ Zelum accendit, ut
proximam Angelis Vitam ducerent.
Nec puellarum imbelliam commune
alvearium dixiffes, fed fupernarum In-
telligentiarum chorum amœniffimū;
interim tamen alterum quafi brachi-
um eidem abfcindit, dum alteram ex
germanis fororibus de Alveguin fupra
dictis, ad cœlos hoc ipfò anno abri-
pit, quam ipfa femper pro Matre col-
luit, ut quæ Virtutum omnium Spi-
rans exemplar effer, unicū Abbatiffæ
in varijs tempeftatibus futura folati-
um. Hæc licet graviffimis, in fua
infirmitate dilaniata doloribus, vultu
tamen femper hilari, fronte ferena,
tranquillo femper animo, fanctum Job
imitata, DEO diu noctuq; benedicebat.
Siquod vero fibi vacuum ab intenfif-
fimis doloribus, fuppeteret tempus,
caftigando Virgineo corpori, obfer-
vantia colenda; agris confolandis in-
dulgebat, donec ultima hora ipfam tol-
leret, quam ut magno defiderio expe-
ctavit, ita & lata fubijt, inconfolabi-
li luctu à Bellovillarienfî deplorata.

*V. Maria
de Bello-
villari.*

*Maria à
Jefu Novæ
Magiftra.*

*Ven. Anna
de Alve-
guin.*

EN

*Ex hujus Vita Msta. & R. P. Amando
Tribout.*

*IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. VII.
Sancti Patris Benedicti. M. C. XXVII.*

P. Candidus Nucalensis.
A Postolicus sanè Vir Sanctæ memorie P. Candidus noster Furlongius excitata rursùm magna à Rege in Catholicos persecutione, in montes & deserta, rogatus & conjuratus à Catholicis aliquamdiu se subducit, nec multo post reversus, dum in ipsius personam Regij acuratus inquirunt, ipso nil magis quàm pro Christo occumbere gestiente, denuo conjuratus tot fidelium solatio se reservare, navim conscendit, quem alia navi conscensa assequi conati persecutores, Divinitus prohibentur, disparente in oculis eorumdem navi qua Candidus vehebatur, ita ut illam submersam crederent, & passim vulgarent. Verum ille mox rursùm exscendens, dum prædicando & sanando prodigiosè infirmos plurimum meretur, denuo proditur & rursùm solertissimè, sed frustra, perquisitus, in remotiora Hiberniæ se recipit, ubi vis omnes mirabiliter demerendo. Inde Medici veste regressus, prodigiosum sanè agens medicum, non corporis solum, sed & mentium infirmitates & morbos gravissimos tollit. Missas per domos celebrans & sacrosancta Sacramenta ministrans. Iterum detectus & ad Concilium Regium delatus, denuo evadit. Electus Abbas Mellifontani Cænobij constanter renuit, non ad Dignitates in Patriam sese rediisse testatus, sed ad conversionem animarum, & confirmationem Catholicorum. Inde plurima rursùm miracula edidit. Mulierem à spiritu molestissimo infestam liberat. Dæmonem è domo, quam occupabat, fugat. Turlensi Comiti ægroto, qui ad prædicationem ejus hæresim jam abjuraturus erat, & sanitatis promissionem habebat, instante tamen misera uxore, veritus divitias perdere, & regiam incurere indignationem, obstinatus manserat, miserandam mortem temporalem, & æternam ante triduum prædixit. Quæ & accidit. Gerardum potentem & Nobilem in Hibernia virum, sed Hæreticum & moribus corruptissimum, varijs doloribus corporis afflictum, à se opem po-

stulantem, & Catholicum reddidit, & sanitati integræ restituit. Infusam medicinæ scientiam habuit, herbarum vim ex solo olfactu, dignovit, lapidum etiam virtutes Divinitus novit. Observarunt nihilominus viri doctissimi & sapientissimi, ejus remedia Divina potius quàm humana extitisse, herbasque & alia similia ad medicandum applicasse, ut sic populo videretur, non per miraculum, sed naturaliter, per remedia morbo oportuna sanitatem ægris reddidisse, ab nulla re magis quam celebrari abhorrens. Scribit ea de re ipse ad Abbatem suum Nucalensem; se nimirum, ut scandalum vitaret, cum offensi pauperes (dum ipse vitando nimium occursum medicinas negaret, asserendo se medicum non esse) & sperni se opinantes scandalizarentur, coactum, ea quæ in usu quotidiano sunt, cinerem, salem, avenam, aquam frigidam, poma & alia hujusmodi applicasse eorum morbis, lepræ, hydropisi, cæcitati & alijs hujusmodi, idque non solum erga pauperes sed erga Nobiliores Regni, quos omnes brevi tempore sanasset hujusce remedijs. Plurima alia edidit miracula, quæ brevitatis hic non patitur recenseri. Hæc rariora, dum nonnullos solo aspectu, quo in eos intendebat oculos, mirabiliter curavit: alios, qui ipsum nec accedere poterant neque intueri, missis quibuscunque quos benedixerat fructibus, mox ut eos sumplissent prodigiosè valetudini restituit. Diulgatâ nimium, ob tanta miracula ejus famâ Concilium Regium Dublinense convocavit ad eum in Urbem evocandum, conductu solemnî ipsi dato dierum quadraginta, nequid sibi sinistra imaginaretur. Comparuit promptissimè Vir sanctus, magno cum honore ab Senatu & primoribus urbis exceptus; quod nimirum omnes cogèrentur in eo Divini Numinis operationem agnoscere. Multa eâ itineris occasione & magna patravit miracula, multoque ab Hæretica convertit pravitate. Reversus in Hiberniam Waterfordiam divertit, ubi graviter ægrotantem & desperatum à medicis, Hæreticum illius civitatis Episcopum, prodigiosè sanavit, qui tamen ad majorem suam damnationem, obstinatus mansit, etsi Magnam S. Monachi fateretur Virtutē.

Z

Jntc.

*Sanctus
mutato
Candidi.*

*Solo intuitu
agros
curat.*

*Vir vere
apostolicus.*